

Casa d'O.S.
**CONSULTATIONES
CANONICÆ**

PLERAEQUE

ex iure nouissimo Concilij Tridentini
recentiorumque Pontificiarum
constitutionum deprompte.

12

1866H

**A V C T O R E
FRANCISCO ZYPÆO
I. C. PROTONOT. APOST.**

CANONICO, ET ARCHIDIACONO

Antuerpiensi.

*Planximene
Montebruno*



~~Num. 50.
Cap. 7.
Num. 2.~~



ANTVIRPUS

Apud HIERONYMVM VERDVSSIVM.

M.DC.XX

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQVE DOMINIS

M A R C G R A V I O
A M M A N N O
C O N S V L I B V S
S E N A T V I P O P V L O Q V E
A N T V E R P I E N S I.

Non fuit mihi metuendum ne in pœnas Imperatoriarum constitutionum, quæ vetant potentiorum nomina rebus alienis adfigi, titulos imponi, veláue etiam regia suspendi, inciderem, quod magna hæc nomina vestra huic operi præfigantur, etiam in illius patrocinium, atque tuitionem; aduersariosque terrendos, ac procul submouendos. Neque enim ago quod ille, de quo D. Augustinus citante Cuiacio, ne domum, inquit, ipsius petat aliquis, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces; ipse vult esse possessor & frontem domus suæ de alieno titulo muniri, ut cùm titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat à petitione. Nomina & titulos præfigo sed non, ut ille, mendaces. Siquidem id quod in solo alicuius satum, natum collectum est, illius est cuius & solum; Opus hoc sanè non tantum in solo vestro satum est; sed & inter Ciuitatis territorijq; vestri incolas in contentionum salo fere prognatum: si literæ etiam, quisquis scripserit, eius sunt,



CONSULTATIONES CANONICÆ.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

De summa Trinitate, & Fide Catholica.

CONSULTATIO I.

Quatenus Colleg. Eccl. Canonicus ad fidei professionem tenetur?

PROFESSIONEM fidei faciendam ab obtinentibus dignitates, & canonicatus in cathedralibus, & quacumque beneficia curata diserte decretum est à Concil. Trid. s. 24.c. 12. §. prouisi. Id praxis & aliqua concilia diocesana, ut Antuerpiense 1609 tit. 1. c. 14. & Mechlin. dioces. 1609. tit. 1.c. 4. extenderunt etiam ad canonicos collegiarum Ecclesiarum, quin & quofcumque beneficiarios. Quasi ex rationis identitate. Et obligatos ita contendit canonicos collegios Ze-

rola prax. Episc. p. 1. v. benef. §. 5.
vers. dico 4. & in subsidium adducit
textum eiusdem Concilij. s. 24.c. 2.
ceteri, inquit, siue in presenti, siue
in futurum beneficia Eccl. iusticia habi-
turi, & qui in synodo diocesana con-
uenient, utq. in ea ipsa id praestent.
non omnes in ea conueniunt non
ergo sic aut per d. c. praestant. Ideo-
que Garcias de benef. p. 3. c. 3. n. 13-
contraria sententiam amplectitur,
recitatque Interpretum decisionem.
12. Febr. 1588. d. §. prouisi non
extendi ad canonicos in collegiatis.
eandemque resolutionem multa
exemplaria Declarationum Card. In-
terp. etiam habent.

Et sanè Concilium prouin. Mech.
1607. tit. 1.c. 2. sicut Trid. de cathe-
dralibus, & curatis tantum loqui-
tur, & vero Diocesanum Mechli-
mense anni 1609. t. 1. c. 4. diserte
amplectitur eam sententiam, ut d. §.
prouisi non se extendat ad canoni-

ANTVERPIÆ,
Apud HIERONYMVM VERDVSSIUM.
M. DC. XXXX.

